



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Compendiosa Delineato Totius Juris Canonici Et Civilis, In Vtroque Tam
Allegandi Qvam Abbreviationes Legendi Modvm Exhibens

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Compendiosa Delineatio

TOTIUS

JURIS
CANONICI

ET

CIVILIS,


IN VTROQUE TAM ALLE-
GANDI QUAM ABBREVIATIONES LE-
GENDI MODVM EXHIBENS;

IN GRATIAM TTRONUM STUDII JU-
RIS CONSIGNATA

à

JOHANNE SERPILIO
JUNIORE.

M DCC XIX.



ri
it
li
ve
qu
fo
fi
fig
tu
ac
in
ef
ce
ris

LECTORI S.

Viatores, qui superato aliquo salebroso & per varios anfractus ducente itinere, commodius aliud quodpiam animadvertunt; solent plerumque, de proximi salute solliciti, vestigiis suis insistentibus, vel voce, vel signo aliquo, instar statuæ Mercurialis affixo ad rectiorem semitam ingrediendam, autores esse. Volui & ego, Amice Lector, probi Viatoris officio fungi, qui,

A 2

cum

cum aliquando studium
 Juris ingredi cupie
 per varias ambages,
 tim ob innumeras
 breviations, partim
 allegationum diffic
 tates, in ipso lumine
 cus oberrarum & m
 tas utiles horas inu
 ter perderem, superat
 tandem obscuritatis h
 jus tenebris & prima
 lucem suppeditantibu
 prælectionibus Exc
 Dn. Adami Riccii, Au
 tecess. in Acad. Regi
 celeberrimi, cogita
 capi, qualiter juven
 an

me secuturae, hac in parte consuli possit.

Cum me sollicitudo hæc diu torqueret, incidi tandem in Anonymi cujusdam libellum An. 1577. Colon. ed., qui veterum allegandi modum egregie annotavit, An quo cum moderni Icti jam discesserint, non operam me lufuriantium arbitratus sum, si Excetam illorum, quam hominum allegationes, in certum ordinem digestas, cogitationis nonnullorum amicorum id urgentibus,

bus, publici juris fecerunt.
 Nec obstitit, quod
 objici posset puerilia
 ludicra hæc esse; nam
 ne quorum notitia
 altiora denegatur a se
 fus vix ea puerilia &
 dicra esse puto. Mihi
 enim juvenus, cuius me
 fertus sum manu ductione carens
 re sapissime torquetur & multa
 in spem futura oblivionis, quæ unius
 Ducis opera intra bihorium percipere
 posset. Brevitati hic quam maxime
 dui, ne Tyroni multarum rerum con-
 stione fastidium parerem & perspicere
 studens tenebras offunderem. Quod
 meos conatus, si sibi aliquid emolu-
 ti attulisse animadvertet, boni conati
 sin minus me tamen prodesse volentem
 certo sibi persuasum habeat; & cum
 ctore benevolo bene quoque valeat.
 Radices Carpatias ipsis Kal. Jan. A. 1711



UNIVERSUM JUS ROMANUM
(ex quo omnia reliqua *Provincialia* & *Municipalia Jura*, tanquam ex fonte, originem dicuntur) dividitur in

CANONICUM sive PONTIFICIUM
&
CIVILE sive IMPERATORIUM.

Illud ideo dicitur *Canonicum* sive *Pontificium*, quia conditum est a ROMANIS PONTIFICIBVS; Et continet *Patrum Decreta* & *Constitutiones Ecclesiasticas*, quæ *Canones* appellantur.

Hoc ideo *Civile* vel *Imperatorium*, quia continet *Leges Civiles*, & ab IMPERATORIBVS ROMANIS est constitutum.

JUS CANONICUM

dividitur in V. LIBROS.

- I. DECRETUM.
- II. DECRETALES.
- III. SEXTUM LIBRUM.
- IV. CLEMENTINAS sc. Constitutiones.
- V. EXTRAVAGANTES.

Horum



Orum Librorum specialiorum
plicationem aggressuro
tenda videntur generalior
dam ad meliorem & facili
eorundem cognitionem

tia; Et hæc concernunt vel

*Libros ipsos sive Materialia Iuris
nici, vel*

*Abbreviaturas Textuum & glossarum
passim obviarum, h. e. Formalia.*

Circa Materialia NOTANDA

1. Quod in JURE CIVILI est *Lex*,
Decreto est *Canon*, in *Decretalibus*, *San-*
Clementis est *capitulum* sive *caput*.

2. Etiam si *differentia* sit inter *Canon-*
cretum, & *Decretalem Epistolam*, ut
dis. 3. c. omnis in gl. Ubi dicitur, quod
proprie vocetur *Statutum* in *concilio*
sali factum; *dis. eiusdem §. porro* habet
quod *Canonem* alii sint *Decreta* *Papa-*
alii *Statuta Conciliorum*: *Concilia* vero
sint *Provincialia*, alia *Universalia* &c.
quo §. patet, quod etiam auctoritate *Episcop-*
rum Canones fiant.) *Decretum* autem
PAPA de *consilio Cardinalium*, ad
tamen *consulationem* statuit. *d. gl. De om-*
nis vero *Epistola*, quam statuit *PAPA* *Admin-*
istratus vel cum *Cardinalibus* ad *consultationem*
alicujus. *Ibid.* *Indifferenter* tamen *De Can-*

Canones, Decretales, JUS CANONICUM
vel *CANONES* appellantur, & unum saepe
pro altero sumitur.

3. Secundum *d. gl. Canonica Institutio* etiam
aliquando vocatur *Dogma*, quia consistit in
doctrina fidei Christianae, aliquando *manda-*
tum, quia consistit in *doctrina de moribus*;
aliquando *Interdictum*, quando nulla poena
adjicitur: aliquando *Sanctio*, quando poena
est addita.

4. *Decretum* hic sumitur, non in hoc sen-
su (de quo supra jam dictum) pro *Statuto Pa-*
pali de consilio Cardinalium; nec in eo, qui
est *de reb. Eccl. non alien. c. 1. lib. 6. in gl. magna*
in fin. ubi ponitur *differentia* inter *Decretum*,
autoritatem & consensum sive *collaudatio-*
nem, & dicitur quod *Decretum* sit *Sententia*,
qua *Judex contractum futurum, justum forte*
decernit, autoritatem suam interponendo,
vel aliquem in possessionem mittendo, vel
mittendum declarando: Sed hic accipitur
pro *Nomine Libri, in quo Sanctorum Patrum*
dicta descripta sunt.

Circa Formalia NOTANDUM:

Abbreviaturas alias esse *Generales*, quæ in
omnibus fere *Juris Canonici* Libris sine discri-
mine sunt obviæ; alias *Speciales*, quæ in hoc
vel illo saltem *Libro Partiali* ejusdem *Juris*
Canonici reperiuntur.

E

De

De posterioribus sigillatim in allegatis
 bus cujusvis Libri infra dicetur.

Generales vero, & potissimum in *Ar-*
Codicibus, eorundemque glossis obvia
 vel

Nominum Propriorum
Appellativorum.

Quaecunque ergo *Literarum Alphabeti*
la in textu *Juris Can.* ponitur, denotat *Nomen*
Proprium Viri vel Mulieris. In *Glossis*
 & *Commentariis* in *Jus Can.* cum in *textu*
Juris Doctorum nomina abbreviata occu-
 rant, prolixum esset ea hic enumerare. Im-
 mitto igitur diligentem Lectorem ad
 menclatorem *Jurisperitorum* annexum
co Juris Spigeli, ubi ea copiosissime delin-
 reperiet.

Appellativorum Nominum abbrevia-
nem ex sequenti ordine Alphabetico facere
 cile erit: Ubi cuius abbreviati exemplum
 ex textu *Juris* adjectum videbitur; non
 eo, quasi saltem in illo allegato c. nec alio
 praterea, reperiat; sed ut, unius loci
 breviatione intellecta, reliquorum similitudo
 obscuritas elucidari queat. Ea vero, quae
 exempla apposita non habent, non in
 sed in glossis inveniuntur. Ex. gr.

- a. q. an. a quinquaginta annis. c. licet causam
9. de probat.
- ad no: præ. ad nostram præsentiam. c. Pisanis. de restitut. Spoliat.
- ap. ces. appellatione cessante. c. ex tua parte,
in n. quidam de fil. presbyt.
- a. p9 appellatione postposita. c. super eo. de
cobab. Cleric. & mulier.
- vel sic ap. post. c. quia clerici de jure patron.
- ap. re. appellatione remota. c. sicut Romana
de Rescript.
- ap. se. Apostolica sedes. 2. q. 6. c. si quis ve-
strum.
- ap. se. 1e. Apostolicæ sedis Legatus. c. vene-
rabilem de elect. & elect. pot.
- Arch. vel Archid Archidiaconus. c. cum acces-
sissent. de Constitut.
- Ar. vel Arg. Argumentum c. forus. de verb. si-
gnific.
- auc. auctoritas c. dilectus de Procur.
- auc. ap. auctoritate Apostolica. c. cum pridem.
in v. cumque. de pact.
- auc. n. auctoritate nostra c. constitutus in fin.
de in integr. restit.
- aud. n. audientiam nostram c. ad audientiam
de rescript.
- b. beatus dis. 34. c. quorundam.
- be. me. bonæ memoriæ c. auditis de in integr.
restit.
- c. parvum. canon vel caput.

B 2

It. cen-

It. centum c. cum Joannes de fid. Infr
cc. libras. ducentas libras eod. in v
igitur.

cen. ec. velecl. censura Ecclesiastica
litteris. de jurisjurand.

6 vel 3. con.

con. t. t. r.

vel

3. t. t. rü

} consultationi Tuæ tal
spondemus c. ad aures
script.

9 contra c. significante eod.

d. f. n. con. de fratrum nostrorum con

2. dudum 54. de elect. & elect.

dil. fil. dilectus filius c. cum dilectus

suetud.

dis. ec. districtione Ecclesiastica c. Infr

Cleric. conjug.

dis. præ districte præcipimus c. licet in

lentes de Bapt. & ejus ff.

ds. ve. discretioni vestræ c. constitutus

script.

dis. t. m. q. discretioni Tuæ mandamus

tenus. c. quanto. de consuet.

c. vel eod. eodem vel eadem, titulo, distric

ne, cap. §. &c.

ec. Ecclēsia c. ad supplicationem de reman

ec. dis. Ecclesiastica districtio vel distric

c. pervenit; de Arbitr.

ec. Rom. Ecclesia Romana. c. ea te crea

in v. cum igitur de jurejurand.

Eps. Episcopus b. q. 4. c. si quis.

ex pt. ex parte tua *c. nobis fuit. de Simon.*

fa. facit.

fe. re. præ. n. felicis recordationis prædeces-

for noster. *c. dispendia. de rescript. in 6.*

fi. vel fin. finalis vel finale.

f. n. fratri nostro *c. venerabili. de off. & pot.*

jud. deleg.

f. t. fraternitatem tuam *dis. 28. c. quia sunt.*

f. t. m. q. fraternitati tuæ mandamus quate-

nus. *c. ad exstirpandas. de fil. presbyt.*

f. t. t. r. fraternitati Tuæ taliter respondemus.

c. unic. de scrutin. in ord.

facien.

g. con. generale concilium. *c. ex speciali. de*

Jude. & Saracen.

gl. glossa.

j. i. vel i. infra.

i. eod. infra, eodem, libro, tit. vel cap.

i. id est. *c. nisi cum pridem. in v. persona sub*

fin. de renunc.

inq. t. t. r. inquisitioni tuæ taliter responde-

mus *c. sicut Romana. de rescript.*

Lib. liber vel Libro.

m. vel man. mandamus, si vero q. additur,

ut m. q. mandamus quatenus *c. cum*

omnes de Constitut.

mo. præ. motione præmissa. *c. ex parte de*

Sponsal. & matrim.

n. nostrum vel nostram *c. dudum. de elect. &*

elect. pot.

item.

n̄. enim. *c. nos quidem. in fin. de Testam.*
no. nota.

no. & ve. te. novum & vetus Testamentum.
c. qualiter 24. de Accus. inquis. 2.

n̄.p. nostram praesentiam *c. 4. in v. nunc.*
de postul. pralat.

nota. notantur.

O. vel Op. Opinio.

Ob. Obstaculum *c. licet de foro compet.*

Pe. vel penult. penultimo.

P̄. auc. praesentium auctoritate *c. quarenti. c.*
v. nos tamen de off. & pu.
jud. deleg.

p̄. n. praedecessor noster *c. licet in v. nec illa de*
Transl. Episc.

pra. praeterea.

pra. all. praallegatus.

pra. di. praefulgeat dignitate. *c. 47. de test. &*
attest.

pratext. pratextu.

prin. principio.

p. to. per totum.

p. ve. praesentia vestra *c. c. causam. de dolo &*
contum.

q. in Decreto quaestionem in reliquis quaestio-
nis significat.

qm̄. quemadmodum *dis. 1. c. omnes leges.*

R̄. vel Re. Responsio.

re. remota. ut: *appellatione remota.*

re. require.

Ro. cu. Romana curia. *Clem. inter §. quibus
equidem. de Magist. & ne & c.*

Ro. ec. Romana Ecclesia c. *Romana in v.
idem etiam. de elect. & elect. potest.*

Ro. Pon. Romanus Pontifex. c. *Ecclesia. de
Constitut.*

Sac. auc. con. sacra auctoritate concilii c. *ni-
mis. de jurejurand.*

Sac. ro. ec. car. Sacrae Romanae Ecclesiae Car-
dinalis. *Clem. unic. de jure-
jurand.*

vel s̄. supra, sicut i infra.

s. sola vel scilicet.

se. vel sequen. sequenti vel sequentibus.

so. solutio.

sub. ap. ob. sublato appellationis obstaculo.
c. veniens de renunc.

se. va. sede vocante. *Clem. multorum §. pro-
pter quod, de heretic.*

t. taliter

Item.

t. tibi c. *pastoralis, de rescript.*

ti. vel tit. titulus.

tex. gl. & DD. textus, glossa & Doctores.

tm. tantum *dis. 2. c. plebiscita.*

t. p. tenore presentium c. *ad aures, de Pra-
script.*

v. vel Ver. Versus.

vb. verbo.

Ult. ultimo.

Xps. Christus *e. si sacerdos. de off. judic. ca.*
§. Paragraphus.

Reperiuntur quidem in vetustioribus
ris Canonici exemplaribus longe plures,
vorum quam syllabarum, *abbreviatum*
quas summo studio collectas hisce ad
animus fuit; verum cum moderni Typo-
phi iis, utpote obsoletis, jam non utantur
defectu typorum eas præterire debui,
quamvis etiam omnes hæ in Novis editio-
bus integre sint excusæ, tamen cum amica
sis egestas non cuius studi Juris Tironi
vam sibi statim editionem comparare permi-
tat, ita, ut veteri saltem contentus vivere de-
beat, proinde, ne vel hac in parte aliquid de-
derare possit, præcavere volui.

Sequitur jam Series Librorum

JURIS CANONICI,
quorum

I. est *DECRETUM.*

Hic Liber (cujus etiam supra mentionem
attigimus) a GRATIANO, Monacho
Benedictino circa Annum Christi 1150
dispersa S. Patrum dicta in unum Volumine
redegit, compositus est.

Continet autem TRES Partes
Principales.

I.
II.
III.
I.
cen
dic
gra
pro
A
I
no
vel
Lib
abb
:
dic
lor
:
bri
Tiu
vo
Qu
cap
nea
Ali
gu
I. D

I. DISTINCTIONES.
II. CAUSAS &
III. TRACTATUM DE CONSECRATIONE.

DISTINCTIONES dividuntur in *partes centum & unam*, quarum quælibet *Distinctio* dicitur; hæ iterum subdividuntur in *Paragraphos & Canones*, *Canones* nonnunquam propter prolixitatem etiam in *Paragraphos*.

Antequam autem ad modum allegandi deveniamus, sciendum.

1. In toto *Jure*, tam *Canonica* quam *Civili*, non breviatur principium *Canonis*, *Capituli* vel *Legis*, sed semper integre ponitur, prout in Libro continetur; verba tantum *Titulorum* abbreviantur.

2. *Titulus & Rubrica* idem significant; Et dicuntur *Tituli* ideo *Rubricæ*, quia rubro colore potissimum scribebantur.

3. In *allegationibus* non ponitur quota *Libri* vel *Tituli*, sed saltem ponitur determinatio *Titulorum*.

4. In multis *Decreti Canonibus* præponitur vox *Palea*, de qua variæ sunt *Opiniones*, Quidam ideo putant dictas *Paleas*, quod illa *capita* sive *canones* inanes ac leves res contineant, nec alicujus momenti sint, sicut *palexæ*. Alii sentiunt, scribendum esse per *Diphthongum Palæa* (sicut apud Græcos τὰ παλαιά)

B 5 qua-

quasi antiqua; ita, ut ubi hoc vocabulum
 perietur, veterum esse canonem in-
 Nonnulli ad Adverbio *πάλιν*, s. rursus,
 si essent additiones quædam) derivant,
 quibus placet quendam *Protopaleam*,
 Cardinalem fuisse ajunt, collectioni *Græ-*
 capita hæc adjunxisse. Quibus fere a-
 dunt, qui dicunt esse *additiones* non eod-
 tempore factas, ad primam collectionem *Græ-*
iani in margine primum adscriptas (ac
 nullas fortasse ab ipso *Gratiano*, ut sit,
 ter componendum aut relegendum, adjectis
 quas deinde *Librariorum* quidam omiserunt
 quidam in contextu posuerint, interdum con-
 junctæ cum prioribus capitibus, interdum
 cum aliquo discrimine. *Quicquid* sit, sed
 cuique placet *opinio*, in allegationibus
 men Vox hæc non ponitur, sed *simpliciter*
Canon.

Allegatur autem in Distinctionibus hoc modo.

Primo ponitur *Distinctio* sic: *Dis.* vel *D.*
 vel *d.* solum; deinde numerus distinctionis
 post numerum initium *§.* vel *Canonis.* Ex
 Quando in *Distinctionibus* non *Canon*, sed
 ragraphus *Distinctionis* allegatur, sic ponitur
Dis. 2. §. constat autem. h. e. in prima
Decreti, Distinctione secunda, in paragra-

eiusdem distinctionis, qui sic incipit, *constat autem*. Item. *Dis. 24. §. cum itaque*. h. e. in paragrapho vigesima quarta distinctionis, qui incipit: *cum itaque*. Quando vero *Canon* allegatur, nunc pro lubitu litera c. quæ canonem denotat, potest adjici vel omitti, aut *Dis. 3. Privilegia*, h. e. in prima parte *Decreti*, in distinctionis tertiæ canone illo, qui incipit *Privilegia*. Item *dis. 36. illiteratos & c. si quis vult*. id est, in primæ partis *Decreti*, distinctione trigesima sexta, in Canonibus eiusdem distinctionis, qui incipiunt *illiteratos & Si quis vult*. vel etiam præponitur numerus distinctioni, ut 28. *dist. c. De Syracusana. §. ecce hac, in vb. elig.* h. e. In primæ partis *Decreti* vigesima octava distinctione, in canone, qui his verbis inchoatur *De Syracusana*, & eiusdem canonis paragrapho *ecce hac*. in verbo *eligi &c.*

CAUSÆ sunt XXXVI.

Hæ subdividuntur in Quæstiones; istæ in Paragraphos & in Canones; hi iterum in §.

NOTA.

Causa trigesima tertia habet Quæstiones VI. quarum tertia non dividitur immediate in Canones vel capita, sed interponitur ibi Tractatus

status de *Pœnitentia*, qui continet in
distinctiones VII. in quas subdividitur; *leg.*
& canones sive *capita* eorundemque §.

Allegatur in hac parte Decreti sic:

Per numerum positum ante literam *q.*
quest. semper intelligitur *quota causa*; per
 literam *q.* vero sive *quest.* ostenditur *quæ-*
 & per numerum sequentem literam *q.*
quest. intelligitur *quota questionis illius*
premissæ; ultimo subjungitur §. vel *cap.*
 sive *cap.* & hujus §. *Exempl. gr. 16. quest. 2.*
 quod autem h. e. In causæ decimæ *lex* *que-*
 stione tertia, ejusque quæstionis *paragrap-*
 qui incipit *quod autem. It. 2. q. 3. §. notandum*
in fin. h. e. in causæ secundæ quæstione ter-
 tia, & *paragrapho* ejusdem quæstionis, qui
 incipit *Notandum in fine.* Quando autem ca-
 non non ponitur, tunc sic *19. appellantem.* h. e.
 in causæ secundæ quæst. 6. in *canone appel-*
lante. Item, *12. q. 2. c. gloria. §. Amicus*
vb. sacrilegium. h. e. in causæ duodecimæ
 quæstione secunda in *Canone*, qui incipit *gl.*
ria, & ejusdem *Canonis* §. qui incipit *am-*
 in *vb. sacrilegium.* Vel præmittitur *Can-*
 ut *si clericatus 16. q. 1.* & sic reliqua. Si
 additur *in gl.* tunc locum allegatum in *gl.*
 illius determinati *Canonis* existare denotat.

In tractatu de Pœnitentia allegatur sic.

De Pœn. vel pœ. dis. 1. §. cum enim h. e. in tractatu de Pœnitentia distinctione prima, in §. ejusdem distinctionis, qui incipit cum enim. Vel De pœ. dis. 2. valida est. hoc est. In causæ trigessimæ tertiæ quæstione tertia, in tractatu de Pœnitentia distinctione secunda, in Canone vel cap. *Valida est.* Si autem quota capituli additur, non ponitur principium ejusdem, ut *de pœn. dis. 3. c. 3. &c.*

Hunc allegandi modum *Legistæ* non tam strictè observant, qui eodem fere modo hic quo in *Jure Civili*, allegare solent; ut videre est apud Schneidevvinum & alios complures.

De CONSECRATIONE

TRACTATUS habet sub se *V. Distinctiones*, quarum quælibet in plures subdividitur §. & *canones* vel *cap.* & hæc interdum iterum in §.

Allegatur ita.

De con. vel Conf. dis. 2. Seculares. h. e. in ultima parte Decreti, quæ est de Consecratione, in secundæ distinctionis canone, qui incipit Seculares. Item, de Conf. dis. 3. c. literis vestris. et. c. venerabiles, &c.

NOTA

Quia in qualibet parte *Decreti* sunt *Distinctiones*, observanda est *Differentia*. Quando allegatur *Distinctio* absolute cum numero sine additione alicujus determinationis; *dis. 1. 2. 3. 4. &c.* & mox subjungitur *S. vero*, non, tunc quærendum in prima parte *Decreti* ubi sunt *Cl. Distinctiones*. Quando autem additur de *Pœnitentia* vel sic: *de Pœ. l. 1.* tunc quæri debet in secunda parte *Decreti* causæ trigessimæ tertiæ quæstione tertia, ubi ponitur *tractatus de Pœnitentia*, qui habet *VII. Distinctiones*, ut supra jam dictum. Si vero allegatur *Distinctio* cum additam. *de Con. vel Conf. ut de Conf. dis. 2. vel 3. c. &c.* Tunc quærendum in tertia parte *Decreti*, in *tractatu de consecratione*, ubi sunt *V. Distinctiones*.

Et hæc de primo Libro *Juris Canonici*.

II. faciunt DECRETALES.

Hic Liber a GREGORIO IX. PAPA compilatus est, qui eundem in unam compilationem per Magistrum *Raymundum*, sancti Capellanum (quem *Palatina* in vita Greg. Pont. mire propterea laudandum putat) recognoscere curavit. Ille enim, postquam circa annum Christi 1231. diversas Prædecessorum suorum

rum Epistolas correxisset, hoc modo concordare eas fecit.

Dividitur hic liber in V. Libros Partiales; Hi in multos Titulos & Rubricas; Ista in capita; capita in §. & hi interdum in v.

Tractat. autem

I. De Personis Ecclesiasticis, Ecclesie Ministris, eorum officiis, &c. Et habet Tit. XLIII.

II. De Judiciis & requisitis in iudicio, & ht. T. xxx.

III. De vita & honestate Clericorum, rebus eorum & rebus Ecclesiarum b. T. l.

IV. De Sponsalibus & Matrimoniiis caterisque affinibus b. T. xxi.

V. &

V. & Ultimus de Accusationibus, Criminibus, diversis personis &c. b. T. xli.

Juxta vulgarem versum.

1. Judex. 2. Judicium. 3. Clerus. 4. Spontanea. 5. Crimen.

Sunt autem omnium Titulorum CLXXII

In Decretalibus allegatur sic.

Vel ponitur etiam primo initium Tituli deinde *caput*, & (hoc si longum) *Paragraphus*. Exempl. De sum. Trin. & si. ca. *damnamus*. h. e. in Titulo de Rubrica Decretalium de summa Trinitate & fide christolica capite, quod incipit: *damnamus*. It. de homi. vol. vel cas. c. sicut §. eos. In Rubrica de homicidio voluntario vel casu in capitulo, quod incipit. *Sicut*. & in §. illi c. eos. It. De transla. Ep. c. inter corporalia in v. & *quamvis*. h. e. in Titulo de Translacione Episcoporum in c. inter corporalia ejusdem c. v. & *quamvis*. Vel etiam ponitur Titulus. Ut: c. *super questionibus quem vero*, de Off. & pot. jud. dele. h. e. in titulo de officio & potestate judicis delegati capite, quod incipit: *Super questionibus*

eiusdem cap. §. quem vero. Item: c. signifi-
 casti & c. querenti eod. h. e. in eodem Titulo
 de officio & potestate iudicis delegati, in ca-
 pitibus signifiasti & querenti. A nonnullis
 additur numerus capituli & paragraphi, more
 apud Legistas usitatissimo, ut, in presentia.
 19. de Sponsal. & c. Dominus 2. de Secund. Nupt.
 h. e. in cap. 19. Tituli de sponsalibus, quod in-
 cipit: in presentia & c. 2. Dominus. Tit. de
 secundis nuptiis. It. c. non decet 8. §. probi-
 bitio & c. Vel solus numerus cap. absque ulla
 determinatione ponitur ut c. 20. de jur. patron.
 Hi quidem posteriores duo modi allegandi
 sunt facillimi; at locum saltem habent in No-
 vis editionibus *Iuris Canonici*, ubi capita ele-
 ganter per numeros sunt distincta, qui cum
 in Veteribus desint, longe difficilius esset ab
 initio Rubricæ numerando caput allegatum
 querere, quod ex determinatione sua statim
 inveni possit.

NOTANDUM hic

Quando in Summa de Casibus, in Summa
 Pisana vel alicubi in *Libris Iuris*, ponitur au-
 thoritas ex *Decretalibus*, tunc allegatur *extra*
 vel e. vel x. solum, & significat *Extrava-*
gantem, scil. textum vel caput extra corpus De-
 cretorum positum. *Decretales* enim, paulo
 antequam in ordinem redactæ erant, *extra-*
vagantes erant, quia vagabuntur extra il-
 lud

C

lud

lud volumen. Hodie autem per magis
Canonistas capita in *Decretalibus*, in-
 militer & *Clementinis*, non allegantur,
 quia talia *capitula* non vagantur modo
 corpus *Iuris Canonici*. Sed Legista-
 rum *predictorum Librorum* textus a
 vel x. ideo, quia sunt extra Corpus
 sc. *Civilis*. De illis autem, quos
 adhuc hodie *extra* allegant, infra
 dicetur.

Absoluto 2. Libro Juris Canonici sequitur

III. Qui vocatur
 T U S.

Hic post *Decretalium Librum*, cum
 multæ *Decretales* posteriorum
 cum Epistolæ, utpote GREGORII
 NOCENTII IV. CLEMENTIS IV. &
 rum exstarent, jussu BONIFACII VII.
 suas etiam Epistolas addidit, est compila-
 Noluit enim BONIFACIUS
Sexto comprehensas inferi in *Libris Decretalium*
 GREGORII, ne Libri illi antea
 pti redderentur imperfecti & inutiles,
 homines duplici impensa onerarentur,
 bentes librum *Decretalium Gregorii*. *Decretales*
Bonifacii non possent seorsim haberi

totum aliud opus cogerentur sibi comparare. Quare has novas *Decretales* iussit separato volumine describi & *Sextum* appellari; non ideo quod ille cum aliis quinque *Partialibus Libris Decretalium* in Unum Volumen *Sextus* connumeretur: Sed quia Liber est Specialis post dictos quinque editus, supplens defectum diversorum casuum emergentium, in aliis non comprehensorum.

Est autem hic *Sextus* liber eodem ordine compositus, quo *Decretales*; hinc eodem modo sicut *Decretales* in V. Libros partiales dividitur, & quilibet horum Librorum in *Titulos*, hi in *capita*, *Capita* in §.

Et habet

Liber {	I.	} Titulos {	XXII.
	II.		XV.
	III.		XXIV.
	IV.		III.
	V.		XIII.

Summa omnium Titulorum

LXXVII.

Et quamvis in *Sexto* non sint tot Tituli sicut in *Decretalibus*, nec tot Capitula in Titulis, tamen ubi deficit aliquid non plene decisum in *Decretalibus*, id ponitur in *Sexto*.

C 2

Alle-

Allegatur autem

Eodem fere modo, quo in Decretis hoc solum diversitatis inest, quod in allegando semper in fine additur *lib. 6.* vel *in 6.* propter differentias Librorum, nomina *Rubricæ Sexti* sunt etiam in Decretis, sed non vice versa. Debet ergo capitulum post *c.* addi *lib. 6.* vel *in 6.* ut scilicet esse in *Sexto*; quod si negligitur, facile contingit, & caput allegatum quædam *Decretalibus*, ubi non exstat. Exemplum *constit. ut animarum. lib. 6. & de rescriptis. statutum. §. cum vero in v. nullus lib. eod.* in Libro Sexto sub Titulo de constitutionibus, in *cap. ut animarum*, & in Titulo rescriptis *cap. statutum. §. illius cap. com. in versu nullus, lib. eod.* Vel etiam primitur *cap.* deinde Tit. ut in Decretalibus *statutum*; eadem enim hic quæ ibidem additiæ est ratio, supra memorata saltem additione aliquid variante.



Sequitur jam in ordine

LIBER IV.

CLEMENTINÆ.

SC. Constitutiones, quæ a CLEMENTE V. inceptæ & edictæ sunt sub Annum Christi 1311. in Concilio Viennensi: Sed ipse CLEMENS morte præventus ad publicum non perduxit, sed post eum JOHANNES XXII. complevit, correxit, in quibusdam mutavit, &c.

Appellantur tamen CLEMENTINÆ, quia a CLEMENTE fuerunt compilatæ, de quo prolixius Iobann. de Vanckel. h. l. Male autem (secundum gl. in proæm. hujus libri §. hæc sane in v. in Unum) dicunt illi, qui in allegationibus hunc Librum vocant Septimum, quia dictæ Constitutiones non sunt connumeratæ sub numero Libri, sed debent intitulari Clementinæ.

Dividuntur autem eodem modo in V. Libros sicut Decretales & Sextus, juxta Materiam supra politi versus Iudex, Iudicium, &c.

Et habet

Liber {		}	Titulos {	XI.
				XII.
				XVII.
				I.
				XI.

Summa omnium Tit. LII.

C 3

Alie

Allegatur etiam

Fere sic, sicut in *Decretalibus*, tantummodo quod quemadmodum in *Sexto* additur lib. 6. ita hic in *Clem.* vel *Clement.* Et potest hoc additamentum pro lubitu præponi vel postponi *Exempl. De heret. multorum* §. porro in *Clem. .i.* in constitutionibus Clementis lib. Titulo de hæreticis *cap. multorum* §. porro. Vel sic. *Clem. attendentes* §. *statuimus de stat. Monach. &c.*

Librum ultimum Juris Canonici sive

V. faciunt EXTRAVAGANTES.

POST compositionem enim *Clementinarum* JOHANNES XXII. quasdam *Decretales* addidit, quæ vocantur *Extravagantes* JOHANNIS XXII. Et dicuntur ideo *Extravagantes* (ut supra notatum) quia vagantur extra volumina *Juris Pontificii*. Et sunt numero XIV. Dispositæ etiam eodem ordine quo aliæ *Decretales*, sed in uno indiviso volumine continentur.

Tandem etiam in *Unum volumen collectæ* sunt *constitutiones* posteriorum *Pontificum* quæ inscribuntur *Extravagantes communes*

eo quod non sunt proprie unius Pontificis, ut
Extravagantes JOHANNIS XII.

Dividuntur etiam in V. Libros ut *Decre-
 tales, Sextus & Clementina*; sed Quartus Li-
 ber vacat, quia nullæ *Decretales* repertæ sunt
 in eum Librum referendæ: sicut & in *Cle-
 mentinis* tantum Unus est *Titulus* & una *Con-
 suetudo* Libri IV.

Omnes ergo *Decretales Romanorum Pon-
 tificum Epistole* his V. Voluminibus conti-
 nentur.

- I. GREGORIANIS Decretalibus.
- II. SEXTO.
- III. CLEMENTINIS.
- IV. EXTRAVAGANTIBUS
 JOHANN. XXII.
- V. EXTRAVAGANTIBUS Com-
 mun.

Modus allegandi.

Hic idem est, qui in *Clementinis*, saltem
 quod loco *Clem.* ponitur *Extravag.* vel *e.x.*
 vel *x* vel *x.* Ut *Extravag. un. Iob. 22. de
 Majorit. & obed. h. c.* Extravaganti unica
 Joh. sub Titulo de Majoritate & obedien-
 tia. It. *e.x. quia uonnunquam Iob. 22. de vb.
 sign. &c.* Similiter in *Extravagantibus com-
 muni-*

munibus. *Ex com. execrabilis de preb. dign. h. e.* In extravagentibus commu. in cap. *execrabilis* sub Tit. de prebendis & dignitatibus. Item: *x. com. un. §. si quis reb. Eccl. non alien. h. e.* In Extravagan. communibus in capitis unicus §. si quis Tit. de rebus Ecclesie non alienandis. Et sic reliqua.

Hac de Jure Canonico, quod absoluto, sequitur



JUS CIVILE ROMA- NUM sive IMPERATORUM,

quod vulgo LEGES appellatur, conditum
partim *ante Divisionem Romani Imperii in
Occidentale & Orientale*, partim post
Divisionem.

Quod *ante Divisionem* compositum, vo-
catur CORPUS JURIS CIVILIS sive JU-
STINIANEI: Et traditum est generaliter in
IV. Voluminibus, quæ *Libri Legales* dicun-
tur, ut sunt:

I. INSTITUTIONES.

II. DIGESTUM.

III. CODEX.

IV. AUTHENTICUM.

Et quanquam (si primam eorundem compo-
sitionem spectemus) non hoc ordine editi
sint, tam quia hoc ordine Libris Juris con-
tinentur, eundem hic quoque observandum
putavi.

I. INSTITUTA sive INSTITUTIONES
editæ sunt post DIGESTUM & primam
compositionem CODICIS (ante tamen *se-
cundi* Codicis, quem nunc habemus, com-
pilationem) per Magnificum Magistrum
TRIBONIANUM, *Questorem Sacri Palatii*
cum THEOPHILO & DOROTHEO, Viris

Illustribus; ut in proæm. harum Instituti
dicitur. Et est hic *Libellus* veluti *Men-*
& *Epitome* totius JURIS CIVILIS, in
brevis & iusta ratione comprehen-
sive quicquid in *Summa* pertinere videtur ad
cognitionem eorum, quæ in Univerſo Cor-
pore Juris copioſiſſime tradita ſunt, juxta
Philippi Melanchti. Diſtichon.

*Continet hic Legum tenuis Præcepta
libellus.*

Primaque Romani ſemina Iuris habet.

Dividitur autem in IV. Libros Partium
hi iterum in *Titulos*; iſti in *Paragraphis*
non in *Leges* nec *Canones* vel *capita*; ſed
tem interdum quando longi ſunt in.



PRIMUS tractat de
Iure in genere & de Per-
sonis.

XXVI.

SECUNDUS us-
que ad.

XXV.

TERTII Tit. deci-
mum quartum de Ob-
ligationibus, agit de re-
rum dominio; In altera
Libri Tertii parte & quin-
que primis.

XXX.

Et habet Titulos

LIBER }
QVARTI Libri Titu-
lis differitur de Obliga-
tionibus; Deinde a Ti-
tulo Sexto hujus Libri
usque ad decimum sex-
tum agitur de actionibus.
Tandem in Tribus po-
stremis Titulis tractatur
materia de Iudiciis.

XVIII.

Summa omnium Titulorum. XCIX.

Et allegatur in Institutioni-
bus sic:

Primo nominatur Liber, §. non partialis
sed Institutionum) postea Titulus; deinde
§. Exmpl. Instit. de Instit. & Iur. §. Iuris
Præcepta. h. e. In Institutionibus sub Titulo
de,

de *Iustitia & Iure*, paragrapho, quod
Juris Præcepta. Vel *Instit. de Jur. per*
 h. e. Institutionibus sub Titulo de
 sonarum paragrapho illius Tituli qua
 tatissimum nunc est præponere § & poli
 re determinationem Tituli, ut §. *en*
tos Inst. de exhered. Aliquando sic
Inst. de hered. qual. & diff. h. e. in per
 Tituli Institutionum, qui est de her
 qualitate & differentia. Et sic cuique
 allegandi modus placet.

II. *DIGESTUM* dicitur vel quod
 JUSTINIANUS ibi non confuse, (quod
 modum antea erant) *jur*a proposuit, sed in
 ordine digessit; Vel quia omnia *liber*
 ibi digeruntur & solvuntur. Et collecta
 hic Liber ex veteri *jure*, quod ab *Urbe*
na condita & a tempore ROMULI usque
 tempora JUSTINIANI Imperatoris,
 per mille trecentos annos, confuse statuta
 it; & extenditur pene in duo millia *liber*
 & plus quam *trecenta millia* veterum
 ut habetur l. 2. §. 1. C. de *Vet. jur. enucl.*

Vocatur etiam hic Liber PANDECTA
 πᾶν. & δέχομαι, quasi omnia in se contin
 hendens, quia omnes materias Juris per
 sine tractatas continet.

Dividitur autem hic Liber Pandectarum

secundum JUSTINIANUM d. l. & l. 3. §. 2.
ead. dupliciter

Vel quoad } formam in L. Libros.
 } materiam & numerorum
 naturam five harmo-
 niam in VII. partes vel
 Tractatus.

*Quinquaginta illi Libri in tri-
bus voluminibus continentur,
quorum*

- | | | |
|------|-------------|---|
| I. | } vocatur } | DIGESTUM <i>Vetus</i> , quod
habet XXIV. Libros par-
tiales. |
| II. | | DIGESTUM <i>Infortiatum</i> ,
(quod ideo infortiatum
dicitur, quia multas for-
tes Leges in se habet, con-
tinet enim Dispositiones
ultimarum Voluntatum)
& habet XIV. Libros. |
| III. | | DIGESTUM <i>Novum</i> & ha-
bet XII. Libros. |

*Connumeratis omnibus his Libris erunt L. qui
habent CCCCXXXVIII. Titulos.*

Par.

- 1. Inscibitur τὰ πρῶτα, quo significatur *Iuris Primordia.*
- 2. De *Judiciis* tam realibus Universalibus, quam realibus *Particularibus* &c.
- 3. De *rebus creditis*, ubi habentur *contractus nominati* vel *innominati.*
- 4. *Qui & Umbilicus* vocatur, continet *Varia Jura.*
- 5. *Qui* inscribitur de *Testamentis*, continet *explicationem Ullimarum Voluntatum.*
- 6. Exponit bonorum possessiones, jus omne, quod de gradibus & affinitatibus descendit.
- 7. Agit de *Stipulationibus* seu *Verborum Obligationibus*, de *delictis, penis, &c.*

Partium sive tractatum.

Et continet sub se Digestor. Librum.

1. 2. 3.
 5. 6. 7.
 10. 11.
 12. 13. 14.
 16. 17.
 19.
 20. 21. 22.
 23. 24. 25.
 26. 27.
 28. 29.
 31. 32. 33.
 35. 36.
 37. 38.
 40. 41.
 43. 44.
 45. 46.
 48. 49.

Hæc omnia plenius tractata peti possunt
ex supra dictis *Codicis II.*

Scribitur autem *Digestum* vel *Pandectæ*
in *Abbreviatione* vel per D. magnum; vel per
duo f. ut ff. Cur autem per ff. scribatur non
conveniunt *Opiniones*. Alii conjiciunt, quod
quia per duos *Imperatores*, quorum quivis
FRIDERICUS nominabatur, ex tenebris
productum & postea maturius ruminatum est
Digestum, a nomine cujuslibet sumptam esse
primam literam f. Nonnulli putant, quia
πανδέκται per π scribuntur; Veteres initium
hujus Libri saltem solitos fuisse cum accentu
in allegationibus ponere π: & sic postea
ex ignorantia Græcarum literarum *librarios*
pro π corrupte ff. scripsisse. Quidam dicunt
esse arbitrium, nec esse aliquam rationem
hic investigandam. Penultimam tamen sen-
tentiam puto plausibilem.

Quando in Digestis allegatur, ponitur in
principio nomen Libri (non partialis Vete-
ris, *Infortiati* vel *Novi*, de quibus supra; sed
generaliter) D. vel ff. frequentissime tamen
ff. postea Titulus; deinde Lex cum sua de-
terminatione vel numero; & si lex habet §.
ponitur ille ejusque vel determinatio vel nu-
merus saltem, vel utrumque. *Exempl. ff. de*
inoff. Test. l. Papinianus 8. §. si conditioni 10.
h. e. In Libro Digestorum vel Pandectarum
sub

sub *Titulo* de inofficioso Testamento, octava, quæ incipit; *Papinianus*, & ejusdem *Paraphrasi* decimo; qui inchoatur in *conditioni*. Vel proponitur *Lex & §. Lib* & deinde collocatur *Titulus* (qui modus hodie apud *JCTos* frequentissimus quidem vel sine numero, sola determinatione *Legis & §.* adhibita ut: *l. Servius §. si ff. de riv. h. e.* In *Titulo Pandectarum de vis, lege*, quæ incipit *Servius §. si aqua*. In numero saltem *Legis*, sine determinatione ponitur ut: *l. ii. §. ff. ad l. Falcid. h. e.* undecimæ *paraphrasi* quarto *Pandectarum* sub *Titulo* ad *legem Falcidiam* &c.

NOTA.

In antiquis editionibus *Iuris Canonici* quando in glossis allegatur *textus Pandectarum*, tum non additur principio *legis* I. sed sine ea ponitur, quemadmodum in *re canonico initio capituli* non semper c. ponitur, ut *ff. de his, que in fraud. cred. pignus*. Item: *ff. de off. pref. illicitas §. n. n. n. It. ff. de preca. cum precario §. i.*

III. CODEX. Continet *Statuta, Sententias & diversa Præcepta* sive *Rescripta Imperatorum*.

Et quamvis communiter loquendo *Codex* dicatur quilibet *Liber* in se habens *diversos* *libros* *partiales*: tamen fuerunt ante

pora JUSTINIANI tres *Codices*, scil. *Codex Gregorianus, Hermogenianus & Theodosianus*, ex quibus tribus *Extravagantibus Codicibus IUSTINIANUS, Imperator* fieri fecit unum, quem suo nomine intitulavit *Codicem Iustinianum*, qui tamen hodie non exstat: Nam post compositionem *Institutionum* cum videret *Imperator* priori *Codici* editioni multum deesse, huius *Codici* emendationem & secundam eius editionem *Tribonianum* suscipere iussit, qui *Codicem* longe emendatiorem edidit, quibusdam demtis, multis *Novis Constitutionibus* additis, quæ in priore editione non exstabant; ut videre est *tot. tit. de emendat. Cod. Iustiniani & secun. eius edit.* Atque hic est quo hodie inter reliquos *Libros Iuris* utimur, & vocatur etiam ideo *Codex repetite Prælectionis*.

Dividitur autem in *XII. Libros*, quorum *Ultimi tres* longe post *primos Novem* compositi sunt, hinc etiam raro leguntur a *Doctoribus*.

D

I. agit

I. agit de *Iure Sacro*,
Legibus, *Rescriptis*,
Magistratibus; & re-
spondet proportio-
ne primo Libro Di-
gestorum.

LI.

II. Proportione respon-
det *Secundo Tertio*
& *Quarto* Libris ff;
tractat enim easdem
materias, saltem ad
calcem adjiciuntur
aliis tres *Libri de Sa-
tis dando*, de *Formu-
lis* & de *Iuramento*
calumniæ.

LVIII.

III. Respondet secun-
da quarti Digesto-
rum.

XL.

IV. tertiæ parti; sed in-
feritur tractatus de
Probationibus, quem
ff, receperunt in
quarta parte.

XLV.

V. tractat de *Sponsa-
libus*, *Nuptiis* & aliis
Iuribus inter *Virum*
& *Uxorem* & de
Tutelis, *Curationi-
bus*.

LXXXV.

VI.

Et habet Titulos

VI. agit de bonorum possessionibus, Ultimis Voluntatibus & successione legitima.

LXI.

VII. de Manumissionibus & liberalio causa, de domini, possessione, praescriptionibus & missione in possessionem.

LXXV.

VIII. De Interdictis, pignoribus, exceptionibus, stipulationibus, liberationibus, evictionibus, patria potestate & denotationibus.

LIX.

Et habet Titulos

IX. de Criminibus.

LI.

X. de Iure Fisci & de Iure municipali.

LXXVIII.

XI. de Universitatibus & censibus.

LXXVIII.

XII. de Dignitatibus & Apparitoribus.

LXIV.

Summa omnium Titul. DCCLVIII.

Allegatur hic

Eodem modo, quod in *Pandectis*, in quo loco si ponitur magnum C. quod *dicem* denotat: ut *l. properandum* 13. §. 4. *autem* 4. C. de *Iudi.* h. e. in Titulo *Codici* Iudiciis l. 13. & §. 4. vel sine determinato solo numero ponitur, ut *l. 23. §. 1. C. de Vellej.* Et quicquid in allegationibus *Distorum* dictum, tam de *Veterum* glosis, quam *Neotericorum* allegandi modo, etiam hic cum habet.

NOTA.

In ultimis tantum *tribus* libris *Codici* sine allegationis additur numerus *lib. 10. C. de Iure fisci l. 1. lib. 10.* Et sic in *rebus* Magis etiam necessarium est, quosdam *rum* trium *Librorum* *Titulos* plenus *quia* sunt in illis valde inusitati & infrequentes *Tituli*, cum in *Scholis* legendo non frequententur prout reliqui *IX. Libri.*

Observandum etiam

In *Codice* aliquando allegantur *Antiquae*, quae ex *Novellis* ab *IRNERIO* in *Epitome* sunt redactae & *Codici* sub convenientibus *titulis* inserta, quae ut a *Legibus* *Codici* dignosci queant, aliis *characteribus* excutuntur & allegantur sic. In *C. de Episc. & C.*

Auth. generaliter h. e. In Codice sub Titulo de Episcopis & Clericis in *Authentica* ibi incorporata, quæ incipit: *Generaliter*. Vel sit: *Auth. bona damnatorum* C. de bon. prescript. § *damnat.* It. *Auth. licet*. C. de Natural. lib. &c.

IV. *AUTHENTICUM* (& *Authenticarum*) sive *Novellæ Constitutiones* post *Codicem*, rebus *JUSTINIANI* sic exigentibus, sunt conditæ; quæ postea non secundum doctrinæ ordinem, sed temporum plerumque ratione habita (nam hic ordo interdum turbatus fuit (it. *Unum Volumen ab ignoto Autore*, adjectis Titulis, qui varii sunt in variis editionibus conjectæ. Cum autem omnes *Græcæ* faerint conscriptæ, etiam ab *Anonymo interprete* in *Linguam Latinam* de verbo ad verbum sunt translata. *JULIANUS* autem *Antecessor* eas eleganter est interpretatus, sed *Prefationibus* & *Epilogis* amputatis atque ipsis *Decisionibus* in compendiosam breviter redactis. Hoc *JULIANI* opus a DD. vocatur *Liber Novellarum*: Alterum vero opus, quod *versionem* ad verbum continet, & non latum unguem a Verbis contextus recedit, *Authenticum* appellatur. Atque hic in *Scholiis* & *foro* receptum est expulso *JULIANI libro Novellarum*, qui seorsim a cordore *Juris Civilis* impressus exstat.

NOTANDA autem

Hic *differentia* inter *Authenticam* & *Authenticum*. *Authentica* est Lex vel Paragraphus ex *Authentico* desumptus, & libro *Codici* incorporatus, de quo in allegantibus *Codici*, dictum *Authenticum* vero est *Liber Principals*, de quo hic.

Dividitur iste Liber in IX. *Collationes*, quarum quaelibet subdividitur in *Titulos*: hi non in *Leges* sed in *capita* vel *paragrapbos*.

Et cum allegatur in *Authentico*, præmittitur primo Nomen Libri cum præpositione *in*; deinde ponitur Titulus; postea subiungitur §. cum sua inceptio; in fine ponitur *quarta collationis*. *Exempl. in Authen. de Leon. §. facimus. Coll. 3.* Item: in *Authen. de trien. & semis. §. consideremus Coll. ead. h. e.* In *Authentico* sub Titulis de Leonibus & de Triente & semisse, paragraphis, incipiunt *Sancimus* & *Consideremus*, *Collatione* tertia. Quoniam apud modernos Ictos hic modus allegandi minus iam frequens sit, qui tantum allegare solent *quotam Novella* & *capitis Paragraphi*. Ut *Novell. 119. cap. hoc quoque 4. ut sponsal. larg. h. e.* *Novella* contestima decima nona, capite quarto, quod incipit: *Hoc quoque* sub Titulo, ut *sponsalitia largitas, &c.* Vel *c. sit igitur licentia 2. Novell. 74. quib. mod. nat. effc. legit. vel in pr. Novell.*

15. in v. nos igitur de defens. Civit. h. e. In præ-
fatione Novellæ decimæ quintæ, in versu
qui incipit; Nos igitur &c. sub Titulo de de-
fensoribus Civitatum. Item: In Epilog. Nov.
1. de hered. & Falcid. h. e. in Epilogo Novel-
læ primæ, cui est Titulus; de hæreditate &
Falcidia, &c.

*Summa omnium Novellarum in Authentico
CLXVIII.*

QUATUOR his Libris PRINCIPALIBUS
adduntur in nonnullis editio-
nibus

Justiniani Edicta

XIII.

Justini Constitutiones.

V.

Tiberii Constit.

*It. Constit. Justiniani, Tiberii
(ex libro Juliani, Antecesso-
ris) IV.*

D 4

Leo-

Leonis Imp. Novellae.

CXIII.

Et constitutiones aliquot Imperatorum Juris Orientalis.



JU
NU

JU
CO

CO

I.
Cuja
quid
ferun
voca
D
in ca

CO
RES

IM

JUS CIVILE ROMA-

NUM, quod post Divisionem Imperii
est constitutum,

Est

JUS OCCIDENTALE,

Et dividitur in

CONSVETVDINES FEU-
DALES

&

CONSTITUTIONES
GERMANORUM PRINCI-
PUM.

I. CONSVETVDINES *Feudales*
Cujacius in V. Libros partitus est. Alii (&
quidem communiter) ad DUOS saltem re-
ferunt, & alio nomine Collationem decimam
vocant.

Dividuntur autem hi libri in Titulos; Tit.
in cap. & §.

Et continent

CONSUEVDINES.

RESPONSA PRUDENTUM

ET

IMPERATORUM CONSTITUTIO-
NES.

D §

Con.

Consuetudines vero ideo dicuntur, quia moribus receptæ sunt, nec publica auctoritate, sed privata quorundam DD. industria, utpote *Gerhardi Nigri & Oberti de Otto*, inscripta redactæ. Et fuerunt ea: olim *Mediolanensium, Cremonensium, Placentinorum* vel alterius *Regni & Republicæ*. Hinc olim saltem in illis locis vim Legis habuerunt, et deinde mandato IMPERATORIS FRIDERICI *Junioris* in certos Titulos sunt digestæ & in IMPERIUM introductæ, ubi iam observantur; partim auctoritate Imperatoria accedente, partim longissimo usu (qui hominum memoriam excedit) confirmata.

Responsa Prudentum in *Libris Feudorum* reperiuntur & sunt dictorum *Gerhardi Nigri, Oberti de Otto & aliorum*. Et sicut olim *Responsa Prudentum* per se vim Legis non habuerunt, sed hanc primum ex JUSTINIANI *Imperatoris Constitutione* obtinuerunt (ut videre est ex *L. 1. § sed neque ff. de Vet. jur. et us.*) Ita quoque nec prædictorum *prudentum Responsa* per se, sed tantum ex approbatione *Imperatoris FRIDERICI & aliorum*, atque ex inveterato usu vim legis consecuta sunt.

Constitutiones vero *Imperatoris LOTHARII & II. CONRADI, HENRICI III. V. VI. & VII.* Item *FRIDERICI I. & II.* quorum in *Libris Feudorum* fit mentio, fit

omni exceptione ius faciunt. Quia quod-
cunque *Princeps* per *Epistolam* vel *subscriptionem*
statuit, vel *cognoscens* decrevit, vel de
re *interlocutus* est, vel *edicto* praecepit, *legem*
esse constat *lib. 1. §. 1. ff. de Constit. Princip.*

FEUDUM autem unde dicatur, non
concordant DD. Nonnulli dicunt esse vo-
cabulum *Gothicum & Longobardicum*, de-
ductum fortasse a Germanica voce *Feedi*
bellum significante: Prædia enim bello oc-
cupata, & a victoribus militibus suis tradita,
Feuda dicebantur. Vel a *fide & fidelitate*,
quæ *Longobardis & Italis* fede dicitur: de
quo *Olbrecht* prolixius in *Disputatione de Feu-*
dis prima; qui ibidem *Feudum* definit, quod
sit Jus, sub mutuae fidei conditione in rebus
immobilibus, certo modo utendis, fruendis,
constitutum.

In allegationibus.

Vel ponitur primo Nomen Libri, postea
Titulus, deinde caput & §. Ut: *in usib. Feud.*
de prohib. Feud. alien. per Frid. c. 1. §. hac edi-
dictali. h. e. In Usibus Feudalibus, in titulo,
de prohibita Feudi alienatione per Frideri-
cum, capitis primi §. *hac edictali.* UBI
NOTA. Quia hic apponitur Nomen Fride-
rici fit ad differentiam alterius Tituli in eod.
libro de prohibita Feudi alienatione per Lo-
tha-

tharium.) Vel postponitur Nomen Libri, ut c. 1. de Feud. March. vel Ducat. in *Ufibus Feud.* Multi Modernorum ita allegant. 1. Feud. tit. 14. §. ult. de Feud. March. h. c. Primi libri Feudorum tit. 14. qui est de Feudo Marchiæ §. ultimo. Item: 2. Feud. tit. 34. de Lege Conradi in princip. tit. Item: lib. 1. Feud. tit. 4. si de invest. Feud. contrav. fac. §. cum autem. It. 1. Feud. 8. de success. feud. §. 1. & 2. Et similia.


II. CONSTITUTIONES Germanorum PRINCIPUM partim sunt inserta in Libris Feudorum (de quibus iam mentio facta) partim per se posita. Quae per se posita sunt vocantur *Extravagantes*, quia vagantur extra Libros Juris. Quas enim *Greci* *ἐκτράχτες*, *Latini* *Novellas*, *Barbari* *Extravagantes* vocant, una Authoris Jussu, hoc est, FRIDERICI Imperatoris, in Codice posita est, sub Titulo *ne filius pro patre*: reperiuntur tamen & inter reliquas C. *Authenticas* quaedam ex istis *Extravagantibus* desumpta. Sunt autem Germanorum IMPERATORUM


constitutiones sequentes.
 CONSTITUTIONES FRIDERICI
 HENRICI VII. EXTRAVAGANTES
 DUÆ. ET LIBER DE PACE CONSTANTIÆ.


Et tantum etiam de Iure Civili.

Qui prolixio-
 ris Ultriusque dispo-
 sitionem & Titulorum
 omnium seriem, nec
 non materiarum expli-
 cationem desiderat,
 consulere potest præ-
 ter alios Oeconomiam
 Juris VVesenbergii; hæc
 autem pro instituti no-
 stri ratione suffi-
 ciant.

FINIS







1. I
 2. I
 3. I
 4. C
 5. S
 6. H
 7. A
 8. R
 9. S
 10. C
 11. C
 12. C
 13. C
 14. C
 15. C
 16. C
 17. C
 18. C
 19. C
 20. C
 21. O
-
1. D
 2. Q
 3. Si
 4. D
 5. Si
 6. In
 7. N